



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Terror.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## TERROR. CAP. XII.

**A** Mlliebre simulacrum horrida specie fabrefactum apud Corinthios, imago terroris erat: de quo Pausanias lib. II. Atque huc nonnulli tradunt Medusæ caput, quam Domitianus pro peccatore gestare gavissus est, ut sui admirationem apud omnes incuteret. Quamvis non desint, qui factum id ab eo in gratiam Palladis, quam unice coleret, interpretantur. Sedenim de Medusa plenius in Anguim Commentario.

## ADVERSARIUS. CAP. XIII.

**A** Pud Mathematicos faciem invenias collo, ore, oculis, & toto capitis gestu tortuosam, idque contradicentem adversarium significare: cujusmodi simulacrum in decimum Scorpii gradum intulere, eoque supra horizontem ascendente in lucem editum, cervicis fore indomitæ, opinionisque destinata, futurum esse præfagiunt.



## ROMA. CAP. XIV.

**M**ullieris vero caput galeatum in plerisque numis Romanam ostendit, non tantum quia Romani nihil non armis arrogarint, aut quia suam ad Martem originem referre voluerint, quam ut arcanum illud suum de Romæ nomine publicari vetito, peritis quidem rerum patefacere, vulgo vero tenebrosius obscurarent, re ad interpretationem aliam distracta. Gergithius enim auctor minime contemnendus, antiquum Romæ nomen Cephalon fuisse tradit, quæ quidem, tantum alias inter caput elatura esset,

*Quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

**S**ed nos quid solliciti sumus, quibus rationibus Roma sit caput, cum Dominus Deus noster Christus Petro prædixerit, nomen illi Cephas convenire, quem scilicet Romæ principatui destinasset? Alias vero cum eum Petrum nominat, ad Capitolii immobile saxum alludit, ac perinde omnium, non Romanorum tantum, sed quaqua tota terra habitabilis extenderetur, caput futurus esset, quod dictum volui, ut Oecolampadii conversio diligentius expendere, qui cum Theophylactum Latinum faceret, verba illa, *πῶς ἡς οὐρανὸς*, videtur prætermisisse.

*Rome nomen Cephalon. Virgil. 1. Eclog.*

## DE BICIPITIO.

## CUSTODIA. CAP. XV.

**D**uo vero humana capita, quorum alterum maris, quod intro aspiceret, alterum scemina, quod extra prospiceret, custodiam significare Ægyptii tradiderunt: propterea quod hieroglyphici hujusmodi beneficio sese à nullo dæmonum infestari posse persuasum habebant: & ut Horus ait, figura hæc fati superque ad tutelam sufficere credebatur, nullis vel literis, vel imprecationibus appositis, quæ infortunium amolirentur.

## DIMANES. CAP. XVI.

**I**nvenias plerumque in veterum monumentis capita duo, duabus additis inferne literis D. M. quod DISMANIBUS, hoc est, defunctorum tutelaribus sacrum vel commendatum intelligas. Cæterum, uti dicebamus, Ægyptii id ipsum invenere volentes, & tutelam significantes, nullas addebant literas. Manes vero & superos & inferos, augures dicebant, invocabantque eos ita nuncupatos: quod per omnia ætherea terrenaque manare arbitrabantur.

## ANIMADVERSIO SEVERA. CAP. XVII.

**T**enedium numum memorat Pollux, ab una cujus parte duo essent capita, ab altera securis culla. Severissima hoc animadversionis signum, ut in armis alibi diximus, habebatur, qua Tenediorum